



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118650**

§. 112. Copiæ apud exteros Principes Regis jussu conscriptæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

persuasum erat, quod nunc, cum Hen-  
 ricus in præfenti rerum vicissitudine re-  
 belles ad officium redigere cogeretur,  
 nihil ad hoc magis opportunum occur-  
 reret, nisi ut prius sacra Pontificis ar-  
 ma a se averteret, eumque sibi propi-  
 tium redderet, ac demum suorum ho-  
 stium victor evaderet, eoquod ipsa Chri-  
 stiana prudentia non permetteret, ut Prin-  
 ceptus victoriosus, qui suis victoriis in  
 universæ Ecclesiæ, ac communis utili-  
 tatis præjudicium abuti posset, hostili-  
 ter exagitetur.

## §. CXII.

*Copiæ apud exteros Principes Regis  
jussu conscriptæ.*

**R**ex horum consilia secutus Pontificis  
 decretum ignorare se simulabat,  
 perinde ac si ei insinuatam non fuisset:  
 unde interea a Papa absolutionem  
 præstolaturus unice eo intentus erat,  
 ut auctis exercitus sui viribus victoriam  
 sibi polliceri posset: præprimis vero  
 Isaiam Brochardum Cliellam in Etru-  
 riam ablegabat, qui etiam a Magno  
 Duce bis centies mille aureos impetra-  
 bat, ea lege, ut media hujus summæ  
 pars Augustæ, ubi deposita erat, reli-  
 qua vero mox numeraretur, quampri-  
 mum copiis in Germania conscribendis  
 initium fieret. Præterea Sancius jam-

Yy 4

jam



Sæcul. XVI  
A. C. 1589

jam ad Helvetios contenderat, ubi etiam Regis nomine milites conduxerat. Comes etiam Schombergius æque, ac Jacobus Augustus Thuanus Præses ad Rudolphum Cæsarem pergere jubebatur: interim vero Rex has copias expectaturus primo Pontisaram contendit, quæ Urbs per quindecim dies obfessa tandem die vigesima quinta Julii sese dederat, & post occupatam urbem plura alia minoris momenti oppida ad Oesiam flumen sita Regiis armis subiciebantur, prius vero Dordiacum, & Possiacum deditionem fecerant, quæ ratione aditus ad obsidendam Parisinam urbem magis expeditus reddebatur, prout Navarrae Rex suaserat.

## §. CXIII.

*Copiarum suppetiæ a Sancio ad Regem transmissæ.*

Thuan. 8<sup>o</sup>  
Davit. Mem.  
de la Lig.  
t. 3. p. 527.

Interea Henricus III., qui Castri-Heraldi agebat, intellexerat, quod Sancio Gesiam, Tunonium oppidum, necnon Ripaliam arcem, aliaque loca Sabaudia Ducis, quem in suo Genevenses, & Lauffannenses invadendi consilio præpedire nitebatur, eripuisset, simulque duodecim Helvetiorum millia, mille pedites Germanos, necnon tria Gallorum pedum millia ad Regem adduceret, ac cum hisce copiis jamjam ad Lingones con-